# Huc Usque

(author unknown)

| | |
|---|---|
| Huc usque, me miseram, | *huc usque* -- until now |
| Rem bene celaveram, | |
| Et amavi callide. | |
| Res mea tandem patuit, | *pateo, patere, patui* -- be open, be exposed |
| Nam venter intumuit, | |
| Partus instat gravidae. | *gravidae* -- DAT with *instat* |
| Hinc mater me verberat, | |
| Hinc pater improperat, | |
| Ambo tractant aspere. | |
| Sola domi sedeo, | |
| Egredi non audeo, | |
| Nec in palam ludere. | *palam* (adv.) -- openly |
| Cum foris egredior | |
| A cunctis inspicior | |
| Quasi monstrum fuerim. | |
| Cum vident hunc uterum, | |
| Alter pulsat alterum, | |
| Silent dum transierim. | |
| Semper pulsant cubito, | *cubitum, -i* (n) -- elbow |
| Me designant digito, | |
| Ac si mirum fecerim. | |
| Nutibus me indicant, | *nutus, -us* (m) -- nod |
| Dignam rogo iudicant, | *rogo* -- AB with *dignam* |
| Quod semel peccaverim. | |
| Quid percurram singula? | "Why should I run through each detail?" |
| Ego sum in fabula, | |

| | |
|---|---|
| Et in ore omnium. | |
| Hoc dolorem cumulat, | |
| Quod amicus exsulat | *exsulo, exsulare* -- to be an exile |
| Propter illud paululum. | |
| Ob patris saevitiam | *ob* ≠ *ab* |
| Recessit in Franciam | |
| A finibus ultimis. | |
| Ex eo vim patior | |
| Iam dolore morior, | |
| Semper sum in lacrimis. | |
| Sum in tristitia | |
| De eius absentia, | |
| In doloris cumulum. | *in* + AB would be expected here |